BERNARDUS CLARAVALLENSIS. NICOLAUS CLARAVALLENSIS. OGLERIUS DE LOCEDIO
Heiligenkreuz (?), Wende 13./14. Jh. (?) Seite 13v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



tusum: qui thesaurum tuum alieno more constituis: ignoras quod
archa ista non clauditur: Nec seras habet. Quanta melius
sapiunt. qui thesaurum suum ipsi sibi seruant: aliis non con
municant. Verum nunquid semper seruabunt: Nunquid semper
abscondent: Venient cum manifesta erunt abscondita cor
dium: que uero fuerint manifesta non conparebunt. Hinc
est quod ueniente domino fatuarum uirginum lampades ex
tinguntur: et qui receperunt mercedem suam a domino nesci
untur: propterea dico uobis karissimi. utile est abscondere magis quam os
tentare. si quid habemus boni: sicut et mendici cum elemo
sinam petunt. non preciosas ostendunt: sed seminuda mem
bra. aut ulcera si habuerint. ut eicius uidentis animus in
clinetur. Quam regulam publicanus ille seruauit multo
melius phariseo. et ideo descendit ab illo: idest per illo. Tem
pus est fratres: ut iudicium a domo dei. Quis uero finis eorum:
qui non obediunt euangelio: quod iudicium his qui in hoc
iudicio non resurgunt: Quicunque enim iudicari dissimi
lant eo iudicio quod nunc est in quo princeps mundi eicitur
foras: iudicem expectent uel magis timeant a quo cum
ab ipso principe suo foras eicientur et ipsi. Nos autem si perfec
te iudicamur nunc: securi expectemus saluatorem. dominum
nostrum Ihesum xpm. Tunc fulgebunt iusti. ita ut uidere possint
docti pariter et indocti. Fulgebunt enim sicut sol in regno patris eorum.
Erat autem claritas solis septempliciter. idest sicut lux so
lis solis septem dierum. Adueniens enim saluator reforma
bit corpus humilitatis nostre: confrigidatum corporis claritati sue: si tamen fuerit
corpus prius reformatum et configuratum humilitati cordis
ipsius: propter quod et dicebat. Discite a me: quia mitis sum

ad miam

iustificat

incipiat